

Bolletí de la Societat Arqueològica Euliana

PALMA.—JANER DE 1906

SUMARI

I. Antichs Privilegis v Franqueses del Regne. Regnat de Jaume III. Majoria d'edat, per D. Pere A. Sanxo.

II. Breve noti ia de la Vida del P. Jaime Custu-

rer sacada de las Annuas del Colegio de Calatayud y cartas al mismo del P. Du Sollier.

III. Anales de Mallorca, por D. José Desbrull—1800 á 1833, (continuación) por D. Jaime L. Garau.

IV. Sobre la sepultura del Governador Olfo de Proxida, per D. E. Aguiló.

ANTICHS

PRIVILEGIS Y FRANQUESES DEL REGNE

REGNAT DE JAUME III

(MAJORIA D'EDAT)

XXIII

v nonas Octobris M CCC xxxvj

Approbatio conventionis facte inter procuratores regis Majoricarum et syndicos Communis Janue.

NOUERINT vniuersi quod nos Jacobus Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani, attendentes et considerantes quoddam instrumentum publicum conuentionale fuisse contractum inter nuncios et procuratores nostros, ex vna parte, et nuncios, syndicos et procuratores honorabilis communis Janue, ex altera, videlicet, quod negotiantes et mercantes subditi dictarum partium et alterius earum possint ad libitum accedere et morari in terris et districtibus alterius partis, ibidemque libere mercari et negotiari omneque commercium facere et habere juxta communes conuentiones dudum inter predecessores nostros et dictum commune Janue seu nuncios et procuratores eiusdem initas et conuentas, saluis tamen ex-

ceptionibus et detractationibus factis et apposis in dictis communibus conuentionibus per dictas partes seu nuncios, syndicos et procuratores earundem, sublatis exactionibus, marchis et represaliis, daticis et pedagiis in contrarium emanatis, prout hec et alia in dicto instrumento conuentionali in ciuitate Auinione confecto, in hospitio Johannis de Brabante juxta monasterium augustinorum, ante tertiam, sub anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto, indictione quarta secundum stilum romane curie, die quarta mensis septembris, pontificatus sanctissimi patris domini Benedicti Diuina Prouidentia pape duodecimi anno secundo, per Petrum de Monte Lauro et per Rixardum de Platea Longa, imperiali auctoritate notarios, latius continentur; predictam conuentionem et omnia et singula in instrumento dicte conuentionis posita et contenta laudamus, approbamus, ratificamus et confirmamus, promittentes bona fide nostra regia notario infrascripto stipulanti et recipienti nomine dicti communis et omnium quorum interest vel interesse poterit in futurum, predicta omnia et singula per nos et

nostros tenere et teneri facere et inuiolabiliter obseruare. In quorum omnium fidem et testimonium presens publicum instrumentum bulla nostra plumbea bullari iussimus impendenti. Quod fuit actum et laudatum in ciuitate Maioricarum, in castro regio, per prefatum dominum regem Maioricarum quinto nonas octobris anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto. Presentibus testibus nobili Petro de Fonolletto, vicecomite Insule, camerlengo maiore; Petro Raymundi de Monte Bruno, cancellario; Petro Raymundi de Codoletto, majoredomus; Antonio de Galiana, decano Maioricarum; Petro de Pulcro Castro, Vguone de Tacione, Johanne Cadelli, camerlengo; militibus; Arnaldo de Lordacho, licentiatum in legibus; consiliariis; Bernardo de Podio Aulacho, secretario prefati domini regis; Guillermo Michaelis, jurisperito; et Petro Jauberti, notario.

Ego Petrus Jauberti, auctoritate regia notarius publicus, presens instrumentum recepi, scribi feci et publicaui hoc ✠ meo signo.

Pergami número LXXVIII.

XXIV

xiv kalendas Novembris M CCC xxxvj

Quod supersedeantur omnes inquisitiones cepte per quoscumque commissarios regios in Majoricis contra illos mercatores vel alios qui dicebatur impositiones quomodolibet defraudasse.

Nos Jacobus Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani, attendentes quod regie mansuetudini congruit interdum seuitati detrahare ubi videlicet ex lapsu uel culpa arguitur deficientium multitudo, presertim cum supplici deprecatione fidelium culpe huiusmodi relaxatio postulatur; eapropter ad humilem supplicationem fidelium nostrorum juratorum ciuitatis Maioricarum, quibus fauere volumus in hac parte, de speciali gratia et ex certa scientia nostra omnes inquisitiones ceptas per quoscumque commissarios nostros in Maioricis contra illos mercatores uel alios quoscumque qui dicebatur seu dici posset in futurum impositiones quomodolibet defraudasse, ac etiam omnes commissiones factas per nos super hoc quibuscumque personis, ac processus quoslibet ab eisdem commissariis factos cassamus, irritamus et penitus annullamus, nolentes quod nunc uel in posterum sint alicuius efficacie uel valo-

ris, sed ipsas et omnia que ex ipsis sequuta sunt vel sequi possent in posterum seu etiam omnia dependentia ab eisdem in totum remittimus et quitamus, ita etiam quod per nos aut nostros non possit aliquis, premissa occasione, inquietari ulterius vel etiam molestari seu alias per quemcumque in iudicium euocari, nec etiam super premissis deinceps per curiam nostram contra aliquos deferri possit accusatio uel inquisitio qualiscumque, nam omnem penam ciuilem et criminalem omnibus contra quos inquisitio cepta erat vel incipi seu moueri aut inquiri poterat quoquomodo ex plena nostra liberalitate remittimus et penitus relaxamus, saluo tamen, quod fideles nostri iurati predicti per se uel per deputatos uel deputandos ab eis possint petere, agere et procedere contra quoscumque ad quantitatem pro impositione debitam per quemcumque, modis et viis quibus eis videbitur faciendum. Mandamus itaque locumtenentibus, vicariis, baiulis ceterisque officialibus nostris in ciuitate et regno Maioricarum, presentibus et futuris, quatenus remissionem et quitationem nostras huiusmodi et omnia in presenti carta contenta dictis iuratis et eorum successoribus in dicto officio firma habeant et obseruent et faciant ab omnibus inuiolabiliter obseruari. Dat. in almu-dayna de Artano insule Maioricarum sub sigillo nostro pendentem quarto decimo kalendas nouembris anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto.

Pergami número LXXIX.

XXV

xiv kalendas Novembris M CCC xxxvj

Confirmatio duarum provisionum, una data Perpiniani 4 januarii 1336, et altera ibidem 11 iunii eodem anno. (V. núms. XXI y XXII).

Nos Jacobus Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani, recordamur ad supplicationem nobis factam pro parte fidelium nostrorum juratorum Maioricarum concessisse eisdem gratiam infrascriptam sub tenore sequenti: (*L'original inserta aquí el Privilegi núm. XXI d'aquest aplech*). Volentes insuper predictam nostram concessionem habere roboris firmitatem ac ampliare, et de vberiori gratia vniuersitati Maioricarum super hiis que asseruntur nunc uel in futurum deberi vniuersitati Maioricarum predictae gratiosius proui-

dere; ideo per hanc nostram prouisionem et beneficium statuimus et ordinamus, quod exequutor seu exequutores domus jurarie ciuitatis Maioricarum qui nunc sunt et in futurum erunt, per juratos electi, determinent et determinare possint quoscumque contrastus, questiones seu controuersias motas pendentes uel in futurum mouendas pro quibuscumque administrationibus, debitis et obligationibus dicte domus, quibus aliquis dicte domui obligatus dicatur, cuiuscumque conditionis uel officii existat, et hoc scripturis quibuscumque cessantibus atque lite; et quod sic per dictum exequutorem seu exequutores terminatum fuerit, protinus exequutioni mandetur. Statuentes et ordinantes, de pleniori et vberiori gratia et beneficio nostris, predicta omnia per nos dicte vniuersitati indulta et concessa fieri et exequi, omni prorsus appellatione cessante penitus et remota, quinimmo quo ad hoc vice nostra volumus eos fungi, et sicut a nobis non posset sic nec ab huiusmodi exequutoribus valeat appellare. Saluo tamen, quod prouisio nostra quam fecimus super suspitione ⁽¹⁾ exequutorum huiusmodi per litteram nostram aliam datam Perpiniensi tertio idus iunii anno presenti in sua permaneat roboris firmitate, quoniam ei per presentem concessionem nolumus derogari, sed eam potius confirmari uolumus et exequi, omni similiter appellatione cessante penitus et remota. Mandantes locumtenentibus, vicariis, baiulis, procuratoribus et aliis officialibus nostris, presentibus et futuris, quatenus prouisionem et beneficium nostrum huiusmodi firma habeant et obseruent et faciant inconcussa seruari. Dat. in almudayna de Artano insule Maioricarum sub sigillo nostro pendenti quarto decimo kalendas nouembris anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto.

Pergami número LXXX bis.

XXVI

Pridie kalendas Nouembris M CCC xxxvj

Que los saigs e portadors de letres no degen reebre mes dels peatges limitats segons ordinations daquen fetas.

JACOBUS Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani. Fidelibus nostris baiulo ciuitatis et vicario forensi Maiorica-

(1) Original, per equivocació, prouisione. Altres textos diuen suspitione.

rum, salutem et gratiam. Pro parte juratorum de Manacor et de Pulcro Visu fuit propositum humiliter coram nobis, quod sagiones vestrarum curiarum exactione suorum pedagiorum contra ordinationes predecessorum nostrorum in locis forensibus abutuntur; nam, juxta illas, sagiones transmissi pro exequutionibus aut aliter ad diuersa loca de predictis debent a loco magis proximo ciuitati Maioricarum, et ab illa eorum pedagio limitato in loco ipso, illud recipere, et ex tunc a loco remotiori ad quod accedent debent habere ipsum pedagium, illo limitato a dicto loco vnde pedagium, ut dictum est, habuerunt, et sic, per consequens, de locis remotioribus de vno ad alium graduando et non a dicta ciuitate, cuius contrarium fit per sagiones predictos. Quare ad dictorum juratorum supplicationem mandamus uobis, quatenus super dictis pedagogiis faciatis dictas ordinationes per penarum appositiones aut aliter, prout expediens videatis, obseruari. Dat. in ciuitate Maioricarum pridie kalendas nouembris anno Domini M^o CCC^o tricesimo sexto.

Lib. II del Sindicat de Fora fol XXIX.

XXVII

iv kalendas Decembris M CCC xxxvj

De punir falsos testimonis.

JACOBUS Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani, ad perpetuam rei memoriam. Nefanda est falsorum testium temeritas, per quam diuina magestas contemnitur ac ciuilitate litigantibus res et jura indebite adhamantur, necnon delati de criminibus absoluendi condempnantur indebite sine culpa licet foret sanctius impunitum relinqui facinus nocentis quam innocentem dampnare legalis sanctio attestetur, ac alii condempnandi delati absoluuntur contra justitiam tante temeritatis caligine obumbratam, quamuis reipublice intersit quod delicta nullatenus remaneant impunita; que siquidem temeritas coalescit ex impunitate falsorum testium, qui impunitatem veteris admissi non emendationi potius quam consuetudini delinquendi deputare perperam non verentur, et impunitas eisdem incentiuum prebet delinquendi, in nostra republica eximiam tribuens lesionem. Expedit igitur vigorem justitie exerceri contra furentem insaniam predictorum et per hoc nostrum edictum penas

infligi corporales, confiscationem bonorum non concernentes ne talia corripientes videamur nostri fisci commodo prouidere; vnde iubemus hoc edicto, in regno nostro Maioricarum et insulis eidem adiacentibus inuiolabiliter obseruari, officialium adhibita diligentia indefessa, quod si quis vel si qua in causa ciuili quacumque falsum testimonium deposuerit vlllo modo eidem lingua penitus abscidatur, vt sic in membro per quod deliquerit equissime puniatur, et qui vel que loquela impia tantum facinus conatus uel conata fuerit admittere continuo silentio contristetur ac exilio subjugetur, nam committentem tantam seuitiam non patimur in terris nostris aliquatenus remanere ne ex eius conuersatione iniqua ceterorum infectio subsequatur: si vero post illatum exilium redeat mortis supplicio affligatur. Sane cum in causa criminali hec nequitia falsorum testium sit magis efficaciter coercenda, volumus quod si quis vel si qua in causa cuiuscumque delati de crimine aliquo falsum testimonium deposuerit quoquomodo mortis supplicio puniatur, quia cum in causa criminali maius periculum quam in causa ciuili liqueat imminere, delictum falsorum testium deponentium in eadem grauius est censendum, penam exhigens grauiorem. Verum dictas penas in memoratis casibus subeant producentes ex certa scientia falsos testes vel eos ad perhibendum falsum testimonium inducentes. Dat. in ciuitate Maioricarum sub bulla nostra plumbea impendenti quarto kalendas decembris anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto.

Sant Pere fol CXXI.

XXVIII

iv nonas Martii M CCC xxxvj (N. 1337)

Declaracio feta per lo senyor rey, sobre lo fet de la marca den Tornamira, entre los habitants de Mallorques els habitants de Perpinya.



JACOBUS Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani. Vniuersis et singulis officialibus nostris ad quos presentes peruenerint, salutem et dilectionem. Inter sollicitudines quibus vigilantius sedulitas nostre meditationis insistit ad hanc quidem solerstiori cura deducimur, ut subiectorum nostrorum utilitatibus, tam et plurimum per rectam exhibi-

tionem justitie quam etiam quandoque perquisitionem prouisionis accommode, prout rerum euentus satagit, nunc melioris procuratione remedii, nunc uero maioris euitatione periculi, quantum possumus, perspicatius intendamus. Sane dudum durante guerrarum duritia inter subditos nostros, ex parte vna, et ciues Janue ex altera, marcha seu represalia per dominum regem francorum, consanguineum nostrum carissimum, contra omnes nostros concessa subiectos, occasione videlicet cuiusdam particularis armate facte Maioricis contra januenses predictos, cuius capitaneus extitit Petrus de Tornamira, ciuis Maioricarum, qua siquidem idem Petrus nonnullis dicti domini regis francorum subiectis plurima dampna contra debitum dicitur intulisse, ob quamquidem marche concessionem diuersi nostri subiecti, tam citra quam vltamarini, fuerunt lesi non modicum et oppressi. Demum autem ut maiorum vitaretur dampnorum occasio, inter dampnificatos predictos et quosdam nuncios seu procuratores ceterarum communitatum subditarum nostrarum, illarum et aliarum nomine, de mandato nostro compositionem tractantium inuicem, quedam interuenit conuentio de soluendo, scilicet dampnificatis predictis, quandam non modicam summam pecunie certis pactionibus et terminis in instrumentis publicis de huiusmodi compositione confectis plenius comprehensis. Insuper uero, premissorum occasione seu causa, inter fideles nostros juratos ciuitatis Maioricarum, eiusdem vniuersitatis et aliarum cismarinarum nomine, pro parte vna, et consules seu nuncios ville nostre de Perpiniano, eiusdem ville et aliarum vltamarinarum subditarum nobis nomine, ex altera, controuersia suborta, allegantibus juratis predictis, quo supra nomine, inter cetera, se ac suam vniuersitatem, quo ad causam ob quam fuit dicta marcha concessa, esse et fuisse omnimode absque culpa, ideoque non debere compelli ad solutionem uel satisfactionem illius quantitatis conuente, quinimmo cum incole ville de Perpiniano et alii vltamarini subditi nostri, qui propter vicinitatem quam habent ad regnum francorum maius ex ipsa marcha sentiebant incommodum quique ex eiusdem amotione grandius commodum consequuntur, debent, prout dicunt, ad integram summam in sepe dicta compositione deductam magis rationabiliter coarctari. Ex aduerso autem nuncii ville de Perpiniano, quo supra nomine, inter cetera proponebant, quod, cum

sorum excitati fuimus super predictis de quibusdam tractatibus quos, si sortiantur effectum, vtilis verisimiliter opinamur, super quibus a generosis ipsis speramus celerem responsuam, cum inde eis presentialiter scribatur, mandamus vobis, quatenus generosos et priuilegiatos prefatos faciatis a dicto arresto penitus liberari, supersedentes ab exactione dictorum iuramentorum et a talliando eosdem donec a nobis aliud habueritis in mandatis. Nichilominus tamen volumus, quod ad exigendum dictum tallium, iuxta illius formam, a quibuscumque aliis procedatis. Dat. Perpiniani tertio decimo kalendas aprilis anno Domini M^o CCC^o tricesimo octauo. Per dominum regem ad relationem Arnaldi de Lordacho. Perpinianus Imberti.

Sig  num mei Petri Tarrassa iunioris, auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem serenissimi domini Aragonum regis, huius exempli testis.

Sig  num mei Dominici Bausani, notarii publici Maioricarum, huius exempli testis.

Sig  num mei Jacobi Sala, notarii publici Maioricarum, qui hoc presens translatum a dicto publico instrumento non vitiato nec cancellato seu in aliqua eius parte suspecto in hanc publicam formam redegi et scripsi ac clausi videlicet die sabbati xxvij mensis martii anno a natiuitate Domini millesimo CCCC^o sexto.

Confraria de Sant Jordi fol XIX v.


XXXVI

vj idus Maii M CCC xxxix

Revocatio concessa militibus gravaminum illatorum ab universitate in exactione collecte que, pro negotiis regis Algarbi, levabatur contra illorum immunitates.

oc est translatum fideliter sumptum a quadam carta et concessione regia inserta et continuata, vna cum aliis cartis regiis, in quodam instrumento publico facto de aliquibus requisitionibus et protestationibus intimatis et lectis, ad instantiam venerabilium Guillermi Traueri et Nicholai de Marino, domicellorum, procuratorum militum et personarum generosarum et priuilegiatarum Maioricarum, honorabili et circumspecto viro domino Rogerio de Rouenacho, militi, camerlengo illustrissimi domini nostri regis ac eius

locumtenenti in regno Maioricarum, et clauso auctoritate discreti Petri Masoni, notarii publici Maioricarum, sub die lune intitulata sexto kalendas iunii anno Domini M^o CCC^o quadragesimo secundo, quarumquidem carte et concessionis regie tenor talis est: Jacobus Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani. Dilectis et fidelibus nostris personis militaribus et habentibus exemptionem munerum, in regno Maioricarum et insulis ei adiacentibus constitutis, salutem et dilectionem. Vestris supplicationibus annuentes fauorabiliter in hac parte, grauamina quacumque illata vobis, vt dicitis, contra franquias, priuilegia, immunitates, vsus, consuetudinem, possessionem seu quasi ac iura vestra alia, pro eo quia contra uos processum fuit per locumtenentem vel alios nostros officiales Maioricarum siue de mandato nostro aut alias, vt haberetis contribuere in collecta ordinata in dictis regno et insulis pro negotiis regis Algarbi prout persone alie ibidem habitantes, si videlicet et quantum grauamina huiusmodi prenumeratis vestris iuribus uel alii eorum possent esse obuia, reuocamus, irritamus et penitus annullamus, statuantes quod per ea uel eorum aliqua nullum iuribus eisdem fiat, fieri vel possit in posterum, preiudicium seu afferri. Hec itaque iubemus obseruari per officiales nostros quoslibet, mandato, si quod emanauerit, in contrarium non obstante. Dat. Perpiniani sexto idus maii anno Domini millesimo CCC^o tricesimo nono. Per dominum regem ad relationem vestram. P. Jauberti.

Sig  num mei Petri Tarrassa iunioris, auctoritate regia notarii publici per totam terram et dominationem illustrissimi domini Aragonum regis, huius exempli testis.

Sig  num mei Petri Mathei, regia auctoritate notarii publici Maioricarum per totamque terram et dominationem serenissimi domini Aragonum regis, huius exempli testis.

Sig  num mei Jacobi Sala, notarii publici Maioricarum, qui hec presens translatum a dicto publico instrumento non vitiato nec cancellato seu in aliqua sui parte suspecto in hanc publicam formam redegi et scripsi ac clausi videlicet die sabbati xxvij mensis martii anno a natiuitate Domini M^o CCCC^o sexto.

Confraria de Sant Jordi fol XXI.

PERE A. SANXO.

BREVE NOTICIA

DE LA

VIDA DEL P. JAIME CUSTURER

SACADA DE LAS ANNUAS DEL COLEGIO DE CALATAYUD

Y CARTAS AL MISMO DEL P. DU SOLLIER *

Nació el P. Custurer en Palma, cabeza de Mallorca, de padres distinguidos. Pasó en su patria los primeros estudios, dando ya entonces muestras de su vivo ingenio y vasta capacidad; y concluido el noviciado corrió la carrera de sus estudios, siempre con aplauso, en Calatayud, Gandía y Barcelona, donde dió fin con un acto de teología. Sabemos que enseñó letras humanas á los nuestros, y que en el Colegio de Montesion enseñó por muchos años varias facultades. Governó el de San Martín, y entre los alborotos de aquellos años hubo de pasar á Madrid. Después vino á este Colegio, el cual governó Vice rector dos veces. Muerto ya su Rev.^a llegó la patente en que venia nombrado Rector de Montesion. En el tiempo que fué superior á mas de atender con sumo desvelo á la observancia regular, promovió mucho los bienes temporales de los colegios, desenmarañando pleitos, sacando á luz papeles sepultados en el olvido, averiguando las rentas, ordenando el archivo, asegurando las raices con las escrituras necesarias.

Fué el P. Custurer varon muy docto; de manera que sobre ser eminente en todas las teologías apenas se tocaba punto de erudición en las conversaciones en que luego no hablase con notable acierto y copiosas noticias, de modo que cuantos le trataban quedaban admirados y muy aficionados al Padre.

De las religiosas virtudes del P. Custurer hablan nuestras annuas con palabras mayores, refiriendo algunos casos particulares en que claramente se mostró la perfeccion de su obediencia, pobreza, humildad, etc., en breve, podemos decir que fué el P. varon lleno de zelo santo, todo de sus empleos, del trabajo y de los libros, con que mereció grandes aclamaciones

* Copiat del vol. II de les *Miscelànees històriques* del P. Lluís de Vilafranca, existents en la llibreria del Sr. Marqués de Vivot, qui graciosament nos ha permès ferne us.

en todas partes, y primero en el reyno de Mallorca, donde fué oído con admiración de todos en cátedras y consultas. Para estas era llamado frecuentemente de los Sres. Obispos é Inquisidores y no menos de los Virreyes. Era calificador de aquella inquisición, y después, por agregación, de la de Aragon. Logró el fruto de su doctrina y celo en algunos hebreos que redujo á nuestra santa fe. Siempre era llamado para esta ardua empresa, á la verdad, y fueron muchos los que se rindieron por su eficaz persuasión. Generalmente toda esta gente formaba un gran concepto del P.: los señores Virreyes hicieron grande aprecio de su virtud y letras; el que hizo el Exmo. Sr. D. Francisco Miguel Pueyo fué muy particular, y se manifestó cuando arrojado el P. de aquel reyno por leal vasallo de Felipe V le llevó en su compañía á Madrid y allí le mantuvo hasta que el año 1708 vino Vice rector á este Colegio. Admiró tambien y estimó mucho al P. el Marques de Castelví por haber formado su Rev.^a un puntual arbol de la genealogía de este cavallero, en lienzo muy dilatado. Todos se unían para aplaudir al P. y el P. era benemerito de los aplausos de todos. ¿Quanto no estimó su doctrina esta docta Universidad? Deseaba que se escribiese un libro de la vida, virtudes, martirio etc. del B. Raymundo Lulio y á ningun otro encomendó esta obra sino á nuestro P. Custurer. El acierto de la eleccion se vió bien quando el P. dió á luz su obra. Tambien la Compañía deseando lograr algunas ventajas en la Universidad Luliana que al presente se erigía, se sirvió de la pluma del P. Custurer. Escribió este su memorial, en el que mostrava quanto havia beneficiado á aquel reyno la Compañía con la doctrina, enseñanza y todo género de estudiosos afanes. Con esta diligencia consiguió la Compañía lo que deseaba. Nuestro P. General haviendo visto un exemplar de la obra del P. Custurer escribió al P. Provincial le diese las gracias en su nombre. Sobre todo se lleva la atencion al historiador el concepto y la estimacion que de la persona del P. hizo el Serenísimo Señor Juan Guillermo Elector Palatino. Vió el libro que el P. escribió del B. Raymundo y lo llama *historia sapientissime conscripta*, se promete eternizar las glorias del santo martir (lo que sumamente desea) por las estudiosas dili-

gencias del P. en buscar sus escritos. Hablando en una [carta] al P. de la edición de las obras del santo martir, que corria felizmente á inmensos gastos del mismo príncipe, explica quanto debe aquella á su cuidado y estudio por estas palabras: *Cum vero benignitate sua, optime Pater, et acistencia hucusque tantum profecerim ut merito illum veluti ducem tanti operis suspiciam, illique condignas grates vix unquam referre valeam*, etc. Pídele pase a Dusseldorp; negocia por sus cartas el beneplacito y licencia de nuestro P. General, quien la dió gustoso en gracia de tan gran príncipe á 13 de noviembre de 1713. La salud del P. no dió lugar á la execución, y así se escusó de emprender aquel viage con el Elector y con el P. General.

Aquí tenemos dos cartas originales de su Alteza Electoral al P. Custurer, algunas de su sacelano D. Juan Salzinger, muchas del P. Juan Bautista Du Sollier, compañero del P. Daniel Papebrochio. Del P. Sollier he copiado solas tres porque las demas ó son mui semejantes ó tratan unicamente de lo que importaba el porte de algunos libros, papeles etc. El Elector y su sacelano en las suyas llaman al P. Custurer *admodum reverende, religiosissime, spectabilis, eximie, clarissime plurimum observande*, etc. Su Alteza Electoral firma las dos cartas así: *Rever.^{de} Paternit. vestre addictissimus et adstrictissimus usque ad tumbam, Johannes Wilhelmus Elector.*

Fué la muerte del P. Jaime Custurer en este Colegio de Calatayud á 18 de Febrero de 1715, siendo su Rev.^a segunda vez Vice Rector.

Rd.^o in Cht.^o Pater

Mutata apud vos ludicra, si ita funestissimis in rebus loqui licet, belli et victoriarum scena, lilerior denuo aperitur via quæ Rev.^m vestram sæpius amice conveniam. Post duos et amplius menses redditæ sunt ultimæ Rev.^{ae} vestre litteræ, datæ 3 septembris, et viæ Viennensi ad me destinatæ, quibus acceptis continuo Serenissimum Electorem Palatinum de foventi rerum in Hispania statu, deque opportunissima ad procuranda B. Lullii opera occatione certio-

rem feci; quid ultra per suos moverit aut in posterum moturus sit haud equidem scio, curis fortasse urgentioribus Principem modo occupantibus. . . . Ne pluribus Rev.^m uestram fatigem, rogo et obsecro, tractatum acclusum quam potest studiosissime examinet, meque subinde commonefaciat quid ad hæc, et hujusmodi alia proculdubio sequutura reponere oporteat, ut ex procuranda operum Lullianorum editione chimica omnia excludantur. Reliquum est ut immortales Rev.^{ae} vestre gratias agam pro incomparabili sollicitudine qua rem nostram apud Majoricenses suos promovere et prosequi dignatur. Quam vero volupe mihi sit intelligere gratum laborem nostrum viris illustrissimis et meritissimis accidisse, non est quod pluribus exprimam. Parata hic sunt exempla reliqua Actorum B. Martiris, et Gasparem Pinam, de quo in suis meminit Rev.^a vestra, avide expectant. Quod si is forte non compareat poterit Rev.^a vestra viam assignare, qua tutissime Majoricam transmitti posse existimet. Felicissima et faustissima omnia hoc anni ineuntis exordio, ejusque et plurimum ad usque senectam et senium decursu, Rev.^{ae} vestre mecum appræcantur Papebrochius et socii alii. Antuerpiæ 3 Januarii 1711.

Rev.^{ae} vestre servus in Xpto.

Joanes Bapta. Du Sollier

En novum accipio a Serenissimo Electore fasciculum litterarum ad Rev.^m vestram destinandum. . . . Vrget et instat clarissimus Salzinger ut Rev.^a vestra Duseldorpium properet, secumque ipsa ferat desideratissimos B. Martiris libros. Ego ut nuper scripsi, incommoda gravia video in tali itinere hoc tempore suscipiendo; verum gratius nihil, nihil mihi esset jucundius, quam Rev.^{ae} vestre conspectu, alloquio, et societate aliquando frui, dextrasque iungere toties in charta procul et eminus exhibitas. Si ullo modo fieri potest, veniat, obsecro, amantissima Rev.^a vestra, meque et senem nostrum Papebrochium, sociosque reliquos suo aspectu beet. Cogor Duseldorpium scribere me Rev.^{ae} vestre iter suacisse, qui prius me illud dissuacisse significaveram. Faustissima omnia etc. Antuerpiæ 5 Decembris 1713 etc.

..... Jam nostra agamus. Gratulor Rev.^{ae} vestrae adeptam tandem aliquando libertatem, augurorque confirmatam valetudinem ad exequenda ea quæ obedientiæ ductu ei imposita sunt. Vivit et valet etiamnum senex noster emeritus Papebrochius, anno ætatis 87, isque Rev.^m vestram cum reliquis sociis toto corde, toto animo complectitur, tametsi modo privatus spe Rev.^m vestram coram intuendi. De exemplaribus Vindiciarum Rev.^{ae} vestrae nihil percepi hactenus: Rogo Rev.^m uestram in sarcinulam suam injiciat, vereor alioquin ut exemplari meo perpetuo privatus maneam, cum illud Dusseldorpium mittere fuerim coactus. Quærit Rev.^a uestra quo in statu sint Acta Sanctorum? Respondeo brevi edendum tomum ultimum totius primi semestris, qui erit mensis Junii sextus, complectens supplementum ad quinque tomos priores, atque una Martyrologium Vsuardi, ex codicibus fere octuaginta recensitum, recognitum et ad veram suam puritatem, nisi vehementes fallor, reductum, auctuariis omnibus ad singulorum dierum appendicem rejectis. Erit hoc opus paginarum plusquam 800. Pridem incohatus est mensis Julius completo hoc sexto volumine Junii, statim typis admovendus. Utinam Inquisitio Toletana non tam lente procederet in restituenda Papebrochio fama sua etc. Quod de alchimia quærit Rev.^a uestra candide fateor, et profiteor me de tota ea re cum Dusseldorpiensibus nec verbum facturum: ipsi sua intricent, et comedant prout voluerint: nichil etiam in actis B. Martyris mutandam aut addendum censeo, nisi solidioribus argumentis eo compellar: licebit nobis in nostro sensu abundare prout ipsis licet in suo. Porro de præfatis actis ad Rev.^m vestram, et ad P. Guillerum transmissis, nihil est, quod sollicita sit; scripsi ad Patrem illum exemplaria compacta Illustrissimis dominis Juratis benefactoribus distribuenda esse, reliquorum omnium plena et libera est dispositio penes Rev.^m vestram, cujus sanctissimis sacrificiis me demisse commendo. Die 12 Junii 1714.

Rev.^{ae} uestrae servus in Xpto.
Joannes Baptista Du Sollier.

ANALES DE MALLORCA

por D. José Desbrull

1800 á 1833

(CONTINUACIÓN) (1)

El Corregidor, de tiempo inmemorial daba licencia para que de noche se hiciesen músicas, fiestas de calle & &. Por ellas se pagaban 8 ¢ que aplicaba parte al Ospicio y cárcel y parte á la recomposicion de la alameda. El dia de Virgenes por la noche, de orden de la Sala, mandaron recoger las licencias dadas por el Corregidor y se le intimó en auto para que se atendiera á lo dispuesto por la Sala en el bando de buen gobierno; el Corregidor contestó que de todo lo ocurrido habia dado parte á la superioridad, incluyendo las licencias dadas por el Capitan General para la caza de codornices á beneficio del empresario del Theatro, para manifestar cuan más útil era el destino que él daba á estas licencias, y con un objeto tan precioso para tener contento y alegre el pueblo.

El dia 10 octubre se posesionaron los Señores Prior, Cónsules y Conciliarios del nuevo Consulado. Presidió el primer acto el Exmo. señor Capitan General, quien recibió el juramento de cada uno de ellos, y tomaron seguidamente sus asientos; concluida la ceremonia pasaron á casa del Capitan General á darle las gracias y ofrecerle sus facultades y desde aquel dia continuan en los dias señalados sus tareas y juntas.

El Corregidor de Madrid pasó orden al Gobernador en calidad de Corregidor para que entendiese en el asunto de cómicos.

En virtud de la orden del Consejo ha dispuesto el Ayuntamiento que siga el método establecido de la administracion subsidiaria como estaba antes y envió barcos para que traigan vacas y carneros de Rosas, valiéndose de un raguseo

Entre otras nuevas contribuciones se cargan tres pesetas por cada quartin de aguardiente y como este derecho queda cedido á la ciudad por medio de un ajuste hecho con el Rey por el que le paga 21 ¢ mallorquinas ha representado la Ciudad el perjuicio que se seguiria si se llevase á efecto esta providencia.

(1) Al final del último párrafo de estos Anales publicado en el Boletín de Noviembre anterior, se omitieron involuntariamente las siguientes palabras con que debió terminar «pidió ropa, camas, zapatos y varios útiles que necesitaba la tropa y se le dió parte de lo que pedia.»

jurati ciuitatis Maioricarum, qui tunc erant coarmatores dicti Petri de Tornamira, fuissent rebus ablati per eundem Petrum supradictis dampnificatis partem aliquam recepissent, non videntur se posse a culpa verisimiliter excusare, ideoque ipsi jurati, quasi culpe noxii, debent, ut dicunt, ad solutionem ipsius summe predictae teneri, iustitia exigente. Nos igitur, facta prius de mandato nostro plena examinatione negotii eiusque relatione audita, presentibus partibus, necnon etiam rationibus et allegationibus partium plene per nos et nostrum consilium intellectis, omnibusque per nostrum consilium, nobis presentibus, examinatis et cum diligentia recensitis, in modum infrascriptum duximus ordinandum, quod jurati predicti quo supra nomine, soluant et reddere astringantur summam ...gentarum triginta duarum librarum decem solidorum et sex denariorum, monete Maioricarum, quam siquidem summam de bonis ablati per dictum Petrum de Tornamira sepe dictis dampnificatis jurati qui tunc erant, eodem nomine, receperunt, nichilominus pro interesse quantitatis recepte duos solidos pro libra in anno quolibet pro toto tempore quo summam illam per illos receptam restituere distulerunt, ad eandem summam conuertendam in solutionem quantitatis in predictam compositionem deducte ipsos juratos, quo supra nomine, exigente iustitia, condemnamus. Porro super exsolutione residue quantitatis in predictam compositionem deducte, attento quod dicta armata fuit facta Maioricis quodque jurati qui tunc erant, secundum ea que acta per eos fuisse, probantur non videntur omnino a culpa secludi; attentis insuper utilitatibus potioribus quas consequuntur saltem in euitatione dampnorum que incole de Perpiniano et ceteri vltimarini subditi nostri ex ipsa marcha plus ceteris sustinebant, ad equitatem quandam per nostram presentem prouisionem, potius re deducta, sic duximus ordinandum, quod de quantitate residua, vltra illam in qua juratos ipsos condemnauimus, duas partes iidem jurati, quo supra nomine, tertiam uero partem vniuersitas de Perpiniano, soluere teneantur per solutiones et terminos in compositione huiusmodi expressatos. Volumus tamen et ordinamus, quod quolibet ex predictis vniuersitatibus laudum uel aliam contributionem mercatoribus suis incolis uel ciuibus, necnon illi de Maioricis omnibus cismarinis, illi uero de Perpiniano omnibus vltimarinis, nostris subditis mercatoribus, in

regno francorum mercantibus, imponant, de quo siquidem laudo eis illam pecuniam soluentibus satisfiat, sed quod interim soluatur debitum de aliis bonis vniuersitatum ipsarum, utpote de impositionibus uel ajudis, sed et illud quod de laudo huiusmodi exigetur cedat ipsis vniuersitatibus pro illa pecunia per ipsas de aliis bonis communibus exsoluenda. Volumus etiam et mandamus, quod si de bonis dicti Petri de Tornamira uel alterius coarmatoris et complicitis sui in depredatione facta predicta uel de fideiussoribus eorundem uel etiam de bonis ablati per eos dampnificatis illis penes aliquem forte repertis aliquid in futurum reperriri contigerit et haberi, quod totum illud cedat in solutionem totalem illius quantitatis in compositione deducte, sic quod cedat pro rata in extenuatione quantitatis per partem vtramlibet exsoluende. Mandantes vobis omnibus, quatenus premissa omnia obseruetis firmiter et faciatis ab aliis debite obseruari. Dat. in ciuitate Maioricarum sub sigillo nostro pendenti quarto nonas martii anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo sexto.

Pergami número LXXVII.

XXIX

vj kalendas Maii M CCC xxxvij

Que per la armade de certes galeres feta per la vniuersitat no sia fet preiuy a certa conuencio ques diu es entre lo senyor rey e la vniuersitat.

Nos Jacobus Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani, notum facimus vniuersis, quod cum fideles nostri iurati Maioricarum, nostro mandato subito eis facto, in presenti armari faciant certas gualeas et alia vasa maritima pro defensione insule nostre Euisse contra sarracenos qui dictam insulam dicuntur inuasisse, asserantque dicti iurati dictam armatam fieri debere communibus expensis nostris et suis, iuxta tenorem cuiusdam conuentionis inite inter, pie recordationis, dominum Sancium, regem Maioricarum, patrum nostrum, et iuratos ciuitatis eiusdem; idcirco volumus et concedimus dictis iuratis per presentes, quod armata ipsa non possit iuri eorum obesse in presenti vel etiam in futurum, nec aliquod pro predictis valeat eis preiudicium generari, quinimmo ius eorum volumus penitus

esse saluum, nec dicte compositioni quomodolibet obuiare. Dat. in ciuitate Maioricarum sexto kalendas madii anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo.

Abelló fol CXIX v.º

XXX

Pridie idus Decembris M CCC xxxvij

Que en les causes de les appellacions sien delegats iutges qui declaren ab consell de promens, si ia donchs no eran delegats per lo senyor rey.

JACOBUS Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani, notum facimus vniuersis, quod supplici postulationi fidelium nostrorum iuratorum Maioricarum annuentes benigne, ducimus ordinandum, quod cause appellationum nulli ex officio remittantur audiende seu etiam terminande, sed quod pro quarumlibet illarum decisione et cognitione iudices debeant delegari, qui causas easdem cum procerum consilio, iuxta franquias Maioricarum, debeant, vt iustum fuerit, terminare, nisi iudices huiusmodi a nobis fuerint delegati, qui tunc procerum super eis nullum adhibere consilium teneantur. Dat. in ciuitate Maioricarum pridie idus decembris anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo.

Abelló fol XCIV v.º

XXXI

xvij kalendas Januarii M CCC xxxvij

Que algu apres que haura feta donacio a sos fills no puga de aquells bens donats vendre o per altre titol oneros en alguna manera transportar, sots pena de crim de fals.

JACOBUS Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani. Fidelibus quibuscumque officialibus et aliis subditis nostris ad quos nostre presentes littere peruenerint, salutem et dilectionem. Vt nostris temporibus illorum nequie compescantur qui modestie nescii et pudorum ignari fraudandi vias recte viuientibus cogitare non desinunt, quas malitie deditas, quo adjuuante natura, plus quam facile reputamus;

per hanc nostram constitutionem duximus ordinandum, ne quis, dolo clandestinis et calidis donationibus filiis suis factis vel aliis quibuscumque de vniuersis bonis suis, parte vel aliqua re singulari, audeat in alium bona fide contrahentem, ignorantem ex predictis bonis donatis, secundo vendere vel alias oneroso titulo, recepto pretio quomodolibet, transportare, quod si fecerit pena falsi criminis irremissibiliter punietur. Mandantes itaque vobis quibuscumque officialibus nostris, quatenus presentem nostram constitutionem firmiter obseruari perpetuis temporibus faciatis. Dat. in ciuitate Maioricarum xvij kalendas januarii anno Domini Mº CCC xxxvij.

Jurisdiccions e Stils fol CLXXI v.º

XXXII

ix kalendas Martii M CCC xxxvij (N. 1338)

Declaració quals son enteses esser de casa del senyor rey; e fo empetrada per en G. Lull, missatge de la vniuersitat de Mallorches.

JACOBUS Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani. Vniuersis et singulis officialibus nostris ad quos presentes peruenerint, salutem et dilectionem. Quoniam vsus comprobauit ab olim ordinationesque regie, tam nostre quam predecessorum nostrorum, nonnullae super hoc emanarunt, ut nedum hii qui sunt familiares et de domo nostra regia vel consortis nostre regine, sed etiam illorum familiares, domestici uel sequaces, sint iurisdictioni maiorisdomus nostre subiecti, quodque in dicti maiorisdomus curia dumtaxat habeant in criminalibus et ciuilibus respondere, aliisque immunitatibus et priuilegiis, quamdiu tamen eorum insistent obsequiis, gaudeant, quibus vtuntur et gaudent ipsi qui ad domum et seruitium nostrum ac regine consortis nostre immediate et principaliter sunt recepti; hinc est quod aliquando vertitur in dubium qui debeant censi uel intelligi sub familiarium, domesticorum uel sequacium nomine, quatenus per hoc innotescat indubie qui sub illo velamento uel nomine priuilegiis seu immunitatibus huiusmodi potiri debeant et gaudere. Nos igitur, ad omne tollendum dubium, presenti edicto et ex certa scientia declaramus, illos tantummodo censi,

quo ad premissa, familiares, domesticos et sequaces qui nulla fraude seu fictione, sed vere et absque palliatione quacumque, in tales per aliquos de nostris uel regine consortis nostre familiaribus recepti sunt sic, ut eorum expensis et seruitiis insistant et sint eorum continui comensales: etiam si propter sua uel dominorum suorum uel alterius negotia eos postea contingat interdum ad tempus ab huiusmodi dominorum seruitiis absentare, dummodo in ea mente et intentione, tam ipse quam ille cuius erit domesticus, persistat, ut quandocumque illum absentantem se reuenire contigerit reputetur eiusdem continuus comensalis. Ceteros autem qui quasi honoris gratia in familiares recipiuntur a quorum non debere gaudere quibusuis familiarium nostrorum priuilegiis seu immunitatibus nec sub maioris domus nostre jurisdictione existere declaramus. Mandantes uobis, quatenus hanc nostram declarationem seruetis firmiter et faciatis ab aliis firmiter obseruari. Dat. Perpiniani nono kalendas martii anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo septimo.

Pergami número LXXXI.

XXXIII

Pridie nonas Aprilis M CCC xxxviiij

Priuilegi o ley feyt contra los juheus que de v ayns a auant no puschan demanar negun deuta; empetrat per en G. Lull, missatge de la vniuersitat de Mallorques.

JACOBUS Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani. Licet ex debito regiminis regalis fastigii, cui, licet immeriti, summo operante iuuamine, presidemus, omni tempore subiectorum nostrorum commoda procurare et eorum incommodis astringamur, quantum valemus, cura vigili obuiare, velotiori tamen cursu, habenis quasi, ut ita loquamur, relaxatis, eo tempore compellimur quo frequentius, voce referente clamosa, incommoda et alia pericula nostris subditis preparantur, nam, exercente malitia, sicut videmus, mundum in deteriora jugiter dilabi, sic hominum mentis assueta deprauante nequitia mali peccati videmus cumulum superaddi. Sane ad nostrum peruenit auditum, quod iudei nostre ditioni subiecti eorum inualescente perfidia in terris nostris plures contractus ineunt et diuersos,

presertim cum simplicibus et rudibus hominibus, machinose, qui, ut plurimum, vsurarii ac in fraudem vsurarum fore posse propter solitum abusum suspicari, contrahentes predictos cum cartis seu publicis instrumentis obligando et aliis diuersis obligationum funiculis vinciendo ut citius in laqueum incidere valeant jam paratum, et, quod deterius est, quasi annuatim cum particulares seu minutas solutiones debitorum suorum recipiunt, prima debita cum nouis obligationum instrumentis renouando, primis instrumentis ac aliis obligationibus minime redditis seu confractis, nec apocha de recepto minime subsequuta, propter quod non est dubium pluries dicitur euenire, quod propter novos debitorum successores, quos probabilis ignorantia videtur excusare, uel inopiam probationum, semel solutum contra bonam fidem sepius exquiritur, uel saltem pro quantitate restanti, satis modica, totum debitum est exactum; et quamuis per ordinationes, bone memorie, domini Jacobi, regis Maioricarum illustris, predecessoris nostri, super hoc editas, juris communis restrictiuas, debite prouisum videretur, tamen per dominum Philippum de Maioricis, patrum et tunc tutorem nostrum, fuerunt reuocate, qui prefatas ordinationes dispositioni juris communis, a quo de facili recedi non decet, prout didicimus, relaxauit. Verum quia quod coniectura sepius profuturum credit subsequens experientia nocuum hostendit, reprehensione dignum non existit si legum conditor a se uel a suis predecessoribus editas suspendere, corrigere uel penitus reuocare studeat, si eas potius obesse viderit quam prodesse; volentes igitur pesti huic dampnifere congruis occurrere medelis, et longa juris communis curricula propter predictos abusus cursu restringere breuiori, presenti lege statuimus, quod amodo omne instrumentum siue queuis alia scriptura fienda seu obligatio qualiscumque in quibus aliqui christiani subiecti nostri aliquibus iudeis vtriusque sexus sub nostro dominio degentibus obligati erunt quouis modo per quinquennium dumtaxat, a die confectio- nis computandum, suas vires obtineat inconcusse, quo elapso, predictas obligationes viribus carere decreuimus quibuscumque ac inefficaces ad agendum, ipso jure, et idem in omnibus instrumentis seu obligationibus jam factis volumus obseruari, in quibus illa die predictum quinquennium initium capere volumus qua presentem legem contigerit publicari. Sed quia re-

galis dignitas, veritate prospiciens libenter, euitat nodose ambiguitatis inuolutum, illamque sibi semper in suis ordinationibus reseruare cautelam intendit, ut de illis ita proueniat commodum quod aliis, temperamento quodam adhibito, non veniat detrimentum; igitur predicta illibata manere volumus atque firma, nisi iudei creditores supradicti absentes, furiosi seu dementes fuerint, uel in etate existant pupillari, seu infra prefatum quinquennium de dictis debitis coram competenti iudice petitionem fecerint, responsione debita ad predictam subsequuta, uel etiam si aliqui locumtenentes, consiliarii seu vicarii nostri, baiulus ciuitatis Maioricarum ac ville Perpiniani, uel eorum assessores, iudeis obligati existant supradictis, quibusquidem casibus et aliis quibus iura contra aliquem prescriptionem currere non permittunt, et impedimentis seu officiis predictis durantibus, currere nolumus quinquennium antedictum: prefatis uero impedimentis seu officiis cessantibus, currat libere suo marte. Mandamus itaque quibuslibet officialibus nostris, quatenus legem et ordinationem nostras presentes obseruent firmiter et faciant obseruari. Dat. Perpiniani pridie nonas aprilis anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo octauo.

Pergami número LXXXII.

XXXIV

iiij idus Septembris M CCC xxxviii

Promissio domini regis, quod dabit operam realiter, quod cum infans primogenitus fuerit etatis complete confirmabit omnia privilegia concessa universitati Majoricarum.

JACOBUS Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani. Fidelibus nostris juratis et probis hominibus Maioricarum, salutem et gratiam. Cum vos prestiteritis nobis sacramentum fidelitatis et homagium, quod, dum nobis fuerit vita comes, vos et illi de vniuersitate eritis nobis fideles et legales vassalli, et viam vniuerse carnis nobis ingresso inclito infanti Jacobo, nostro primogenito; ea propter, ex affectione quam ad vos et illos de dicta vniuersitate gerimus, vobis et eis promittimus per presentes, quod dabimus operam realiter et cum effectu, quod cum dictus infans fuerit etatis complete confirmabit et laudabit

omnia priuilegia et libertates per nos et predecessores nostros vobis et illis de dicta vniuersitate data et concessa. Dat. in ciuitate Maioricarum sub sigillo nostro pendenti tertio idus septembris anno Domini millesimo trecentesimo tricesimo octauo.

Pergami número LXXXIII.

XXXV

xiiij kalendas Aprilis M CCC xxxviii (N. 1339)

Littera iubens, ad instantiam regine Constantie, liberari penitus ab arresto generosi illi qui recusauerant obligare sese cum iuramento ad talliarum prestationem.

HOC est translatum fideliter sumptum a quibusdam concessione et gratia regia insertis et expecificatis, vna cum diuersis aliis concessionibus regiis, in quodam instrumento publico facto de aliquibus requisitionibus et protestationibus intimatis et lectis, ad instantiam et requisitionem venerabilium Guillelmi Trauerii et Nicholai de Marino, domicellorum, procuratorum militum et personarum generosarum et priuilegiatarum Maioricarum, honorabili et circumspecto viro domino Rogerio de Rouenacho, militi, camerlengo illustrissimi domini regis ac eius locumtenenti tunc in regno Maioricarum, et clauso auctoritate discreti Petri Masoni, notarii publici Maioricarum, sub die lune intitulata sexto kalendas iunii anno Domini M^o CCC^o quadragesimo secundo, quarumquidem carte et concessionis regie tenor sequitur sub hiis uerbis: Jacobus Dei gratia rex Maioricarum, comes Rossilionis et Ceritanie ac dominus Montispessulani. Dilecto et fidei locumtenenti in regno Maioricarum, salutem et dilectionem. Ex supplicis insinuatione illustris regine Constantie, consortis nostre carissime, percepimus, quod omnes nostros generosos fideles regni Maioricarum ac priuilegiatas personas fecistis pridie arrestari, quia, ut dicitur, super valore bonorum suorum exacta iuramenta ab eis prestare pro tallio in dicto regno indicto denuo recusarunt, et supplicauit nobis humiliter, ut eos, contemplatione sui, mandare dignaremur ab arresto huiusmodi deliberari. Nos itaque, ad huiusmodi supplicationem, prospecto etiam quod per procuratores hic prefatorum genero-

El Ministro de Hacienda ha pasado oficio á la Ciudad, diciéndole que S. M. siente mucho que la gracia que ha hecho á la Isla de la libertad del tabaco, le perjudique por la reextraccion fraudulenta que se hace en la costa de España, con cuyo motivo ha bajado en mucho la renta del tabaco de varias provincias y para contenerlo manda que la Ciudad piense y arbitre medios y los proponga por medio de un regidor, que deberá concurrir á la junta de hacienda establecida en esta Ciudad y compuesta del Intendente, Contador, Administrador y Comandante del Resguardo, para que se vea en esta y proponga los medios que le parezcan oportunos, firmando todos la resolucion. La Ciudad nombró al caballero regidor D. Pedro Ramon Villalonga y Rosiñol caballero de la orden de S. Juan.

Tambien ha nombrado S. M. otra junta compuesta del Regente, Intendente y Administrador para que informen sobre los perjuicios que siente el país con la traba de las guias para pasar dinero en lo interior de la Isla, sobre lo que ha representado la Sociedad, oyendo á la Ciudad, que debe informar á la junta.

Con motivo de la epidemia que sufre la Andalucia, en donde hace los mayores estragos, habiendo empezado por Cádiz, que casi ha asolado, se ha comunicado Real orden para que se tomen las más serias providencias, y se manda que en el caso de haberse de hacer rondas no haya nadie eximido, y si alguno por empleo personal quedase exento, y cuya exencion declarara la junta lo quedase, debe buscar quien la haga por él, de modo que quiere S. M. sufran todos este importante servicio. La Junta tomó varias precauciones y mandó quarentena de observacion y rigurosa á todos los barcos procedentes de la costa de España, segun la inmediacion del contagio y acordó el Ayuntamiento que en el caso de hacerse quarentena rigurosa estuviese de guardia en el Lazareto un caballero, como era costumbre.

El Capitan General dió parte de la detencion que hizo del barco parlamentario inglés que llevaba á su bordo tropas francesas que se retiraban del sitio de Malta y S. M. acordó que inmediatamente se les permitiese su salida y se les auxiliase con quanto pidiesen, no habiendo aprobado la resolucion del Capitan General y junta superior de sanidad que con pretexto de detenerles se les obligó á mas dias de quarentena de la acordada por la junta inferior.

S. M. ha nombrado theniente coronel de

Milicias á D. Josef Togores y Zanglada que iba en segundo lugar de la terna hecha por la ciudad y dado grados de thenientes coroneles á D. Juan Sureda y Veri que llevaba el primer lugar y á D. Mariano Fábregues capitan mas antiguo pero que no iba en terna.

S. M. ha nombrado consejero efectivo de Hacienda á D. Tomás Saez de Parayuelo caballero de la orden de Carlos III, ministro decano de esta Real Audiencia, mandando jure la plaza en manos del Capitan General y pase á Valencia á poner en pié varios asuntos del ramo de amortizacion.

La Ciudad ha pedido rogativa por agua y empezará el dia 11 noviembre en la Catedral y seguirá el turno como es costumbre.

Se ha mandado se perfumen y pasen por vinagre todas las cartas que salgan de Mallorca con motivo del contagio. Este se reduce á una fiebre llamada amarilla que se pega y mata á pocos dias.

La Ciudad por medio de su comisionado ha presentado á la junta el proyecto sobre tabaco concebido en los términos de que siempre creyó que el único medio que habia para conseguir la utilidad del Real Erario y el bien de la Isla y extinguir enteramente el contrabando, era el de que S. M. lo vendiese de su cuenta en el Estanco á 12 $\frac{1}{2}$ la libra, pero en el supuesto de no haber tenido á bien S. M. acordarlo así, le parece que el único medio seria el que solo se permitiese en Mallorca la introduccion de tres mil libras de tabaco, dos mil y quinientas de Brasil y quinientas de hoja; que estas precisamente debiesen introducirse por el puerto de Palma y se registrasen en la Real Aduana donde se tomase el debido asiento; que su venta se diese por subasta á la compañía que lo diese con mayor beneficio, pagando á S. M. por cada libra del Brasil dos reales vellon y un real por cada libra de hoja, cantidad superior al derecho personal á que convenia la Ciudad y sin los perjuicios, demoras y difícil cobro á que estaba expuesto aquel medio, y con la facultad á la Ciudad de poder imponer un real de vellon sobre cada libra á beneficios públicos, segun la baja del precio; que no se pueda vender por mayor ni exceder en un año de 10 libras á cada particular y de un quintal á cada villa y eso registrándose en un libro maestro sugeto á las visitas del resguardo; que se reconociese el tabaco y el de mala calidad que se permitiese su rehestracion para países extrangeros, con la precision de la torna-guia, y el que acaso sobrase al cabo del año,

sirviese para la cantidad de introduccion del año venturo. Con eso se extinguiria el contrabando de rehestracion que desea S. M.

Consequente el Capitan General á las órdenes con que se halla de la superioridad de lo mucho que se ha extendido el contagio de la fiebre amarilla en España, mandándole tome las más sérias providencias para el resguardo de la Isla y mucho más quando se sabe que la Esquadra Inglesa se halla infectada y sospechosa de la peste por haber comunicado en Tetuan, en donde la hay, sin el menor resguardo y que algunos buques han entrado en Mahon, dispuso con las dos juntas de sanidad la publicacion de un bando por el qual se manda en pena de 200 azotes y diez años de presidio á los que hagan las rondas ó esten de guardia en las marinas, su abandono ó negligencia y otras, y dispuso que los capitanes Urbanos de las villas marítimas saliesen inmediatamente á disponer el resguardo de la marina por medio de rondas y guardas en el modo que les pareciese; que residenciasen en las villas por diez dias á fin de zelar el cumplimiento de estas ordenes y que cada diez dias serian relevados por otro capitan, empezando el turno los capitanes de las marinas, seguirían los de las villas interiores y luego los capitanes Urbanos de la Ciudad, y si estos no alcanzasen ó fuese demasiado pesado se agregarían otros que siguiesen el turno.

Igualmente dispuso que en la marina de la capital se hiciesen todas las noches dos rondas compuesta de dos cada una á la parte del poniente y levante con el objeto de vigilar el cuidado de los apostados para el resguardo, y con la precision como dispone el Rey de que nadie deba ni pueda eximirse de este servicio pues en el caso de enfermedad ó de tener empleo personal que requiera precisa asistencia, cuya calidad de exencion debe graduar y declarar la Junta, deberá poner otro hombre en su lugar.

El Capitan General con todos los militares se encargó de la costa de poniente y encargó la del levante á los paisanos.

El dia 14 salieron los capitanes Urbanos de la capital para el establecimiento del resguardo, con orden á los Bayles de que se obedeciesen y auxiliasen sus disposiciones.

El bando era el siguiente:

D. Juan Miguel de Vives etc. Por quanto acaba de recibir S. E. varias Reales ordenes para procurar no se introduzca en este Reyno de Mallorca la fiebre maligna y contagiosa que amane-

ció en la ciudad de Cadiz y que se ha introducido atropelladamente y se va propagando en varias otras del Continente, y para que con el mismo afán y esmero se tomen las mas estrechas precauciones á fin de impedir la peste que se crehe comunicada á la Esquadra Inglesa en la Rada de Tetuan donde se padece y estuvo fondeada el 26 y 30 de septiembre último, de la qual pueden proceder algunos buques que se han visto pasar á la parte de Menorca y que pueden haber tenido roce y comunicacion con varias embarcaciones neutrales que arriben á nuestros puertos: por tanto ha determinado S. E. en junta superior de sanidad celebrada en 8 de este mes se tomen desde luego las mas sérias providencias para evitar unos azotes tan perjudiciales á la pública salud y ha acordado que para ello se forme á la mayor brevedad un cordon seguido por toda la costa marítima del Reyno, á que deban concurrir por el turno que se les destine todas las personas de cualquier clase, estado y condicion que sean sin excusa ni limitacion alguna, pues todas han de quedar sujetas á este servicio, tan indispensable y necesario para la seguridad de la salud pública, y sin mas excepcion que la de poder poner un hombre en su lugar, todo aquel cuyas funciones y ministerios ó la enfermedad que padezca, tengan una absoluta incompatibilidad con su asistencia y servicio personal, reservándose S. E. destinar, como desde luego destinará, personas de la mayor confianza para el arreglo distribucion y gobierno con que se haya de poner dicho cordon, con los auxilios competentes y con las rondas necesarias para asegurar la mayor vigilancia y cuidado en los que se destinen á un obgeto tan interesante al bien público y á la conservacion de su salud, y para que lo referido llegue á noticia de todos, nadie pueda alegar ignorancia, y tenga su debido cumplimiento, manda S. E. se publique y fixe por Edicto en los lugares acostumbrados de esta ciudad, sus arrabales y villas de la Isla.—Castillo Real de Palma diez de Noviembre de mil ochocientos.—Juan Miguel de Vives—Por mandato de S. E.—D. Rafael Manera Notario Secretario.

Se publicó otro bando del tenor siguiente:

D. Juan Miguel de Vives, etc. Por quanto en junta de sanidad que celebró el dia 10 de este mes la diputacion de esta ciudad presidida por mí en el Castillo Real de Palma, teniéndose presente lo acordado en ocho del mismo mes y los graves peligros á que se halla expuesta la Isla,

que exigen el que se redoblen los cuidados para la conservacion de su salud, á cuyo fin se han tomado repetidas providencias las más prontas y eficaces, qual es entre otras la de acordonar toda la costa marítima á fin de que no queden frustrados los desvelos de la junta de sanidad y el trabajo de los celosos bienhechores de la humanidad que sacrificarán su sosiego por el bien público, se declara y manda por este Bando que nadie sea osado de romper el cordon y el que lo atravesara, con los que auxiliaren ó consintieren su pase, permitiendo la entrada de persona alguna en la Isla procedente de fuera de ella, bajo de qualesquiera pretexto, por mas privilegiado que sea, serán comprendidos en la pena señalada por S. M. en Real orden de 26 de octubre último, comunicada por el señor Gobernador del Consejo, Presidente de la Suprema junta, cuya pena es de ser castigados donde se les coja, sin más forma de proceso, con docientos azotes y diez años de presidio, que se impondrán irremisiblemente á qualquiera contraventor, comprendido todo empleado que se separe de su puesto sin ser relevado, pues en quanto está de su parte comete el gravísimo delito de exponer á Mallorca á los espantosos extragos que está causando en otras ciudades del Continente la epidemia contagiosa que principió en Cádiz; por tanto y para que llegue á noticia de todos, nadie pueda alegar ignorancia y tenga su debido cumplimiento, mando se publique y fixe por Edicto en los lugares acostumbrados de esta ciudad y sus arrabales y villas de la Isla. Castilo Real de Palma 13 Noviembre de 1800 —D. Juan Miguel de Vives.—Por mandato de S. E.—D. Rafael Manera Notario Secretario.

A más de estos dos bandos se formaron las dos instrucciones que siguen impresas.

Instruccion que deberán observar los destinados á las torres y puestos de guarda para resguardo de la salud, formada en 11 de Noviembre de 1800 con motivo del contagio que se padece en Andalucía.

1.^a—Habrà siempre en la casa, barraca, cueva ó tienda, una centinela constante de día y de noche, repartiendo el tiempo entre los de la dotacion de cada puesto.

2.^a—Solo una persona podrá dexar el puesto en el caso preciso de buscar provisiones en el pueblo mas inmediato, ó por otra igual urgencia y no podrá detenerse sino el tiempo necesario para ella.

3.^a—A ninguna embarcacion que precisada

del tiempo se viese obligada á dar fondo en alguna parte de la costa, no permitirá roce ni comunicacion con persona alguna, con la precisa obligacion de dar parte al comandante del resguardo mas inmediato.

4.^a—Se dará razon puntual á las rondas y visitas de todo lo ocurrido.

5.^a—Si se viese que algun barco se arrima ó detiene en la costa y no se conoce el armamento que sea laud pescador de los que tienen licencia, deberá tambien dar aviso al comandante mas inmediato del cordon.

6.^a—Si por naufragio se arrojarén á tierra algunos hombres ó saliera á la orilla algun cadáver, fardo, ropa ó qualquier otra cosa aunque sea fragmento de embarcacion, se pondran centinelas á competente distancia sin arrimarse ni permitir que nadie se acerque y se dará aviso al comandante para que se lo dé al Bayle del territorio y se proceda á la quema y demás formalidades prescritas por sanidad.

7.^a—Todos los torreros y guardas secretas tendrán un caracol marino y sonando este y colgando el torrero fuegos por la parte opuesta al mar, señalarán qualesquiera barco inmediato, para que los comandantes puedan reforzar el puesto de la señal.

8.^a—Qualesquiera persona destinada al resguardo de la salud que faltase á las obligaciones de su destino, como si auxiliase ó consintiese la comunicacion de alguna persona que se introduzca en la Isla, el que retirase alguna cosa contumáz de las que arrojaré el mar á la orilla ó dexase en ella algun barco, para aprovecharla ó por qualquier otro fin que verifique el roce, si abandonase su puesto sin ser relevado dexando abierta la Isla en aquel punto, y cometiendo en quanto está de su parte el grave delito de exponerla á los estragos del contagio, será castigado segun manda S. M. en Real orden de 26 de octubre último, con 200 azotes y diez años de presidio sin formacion de proceso.

JAIME L. GARAU.

SOBRE LA SEPULTURA DEL GOVERNADOR OLFO DE PROXIDA

Noverint universi quod die jovis qua computabatur xxij. mensis februaryi anno a nativitate Domini M^o CCCC^o vicesimo quinto, Reverendus frater Bernardus Vincencii magister in sacra theologia, prior conventus monasterii fra-

trum predicatorum civitatis Majoricarum, ac Reverendus frater Anthonius Murta etiam in theologia magister, nec non et venerabiles et religiosi fratres Petrus Forest, Anthonius Salou, Anthonius Clar, Laurentius Stephani lector, Andreas Michaelis, Anthonius Alou, Xpoforus. Corro, Ivo Letonis, Petrus Lobregat, Thomas Durandi, Jacobus de Sancto Johanne, Andreas Malras, Guillelmus Garbini, Petrus Johannis, Bernardus Armandi, Johannes Molle, Bartholomeus Salzeti, Petrus Sureda, Petrus Vergeni et Anthonius Janerii, omnes conventuales dicti monasterii et conventus fratrum predicatorum, in capitulo ejusdem monasterii ad sonum campane ut moris est pro infrascriptis peragendis personaliter congregati, scientes et attendentes nobilem virum Olfo de Proxida militem, Gubernatorem regni Majoricarum, die martis proxime *preterita* nocte ejusdem diei, sicut Domino placuit ad hoc *seculo* migrasse et diem suum clausisse extremum in castro *regio* civitatis Majoricarum; scientes etiam corpus sive cadaver *dicti* nobilis Gubernatoris nondum fuisse traditum ecclesiastice sepulture, ymmo adhuc existere exhumatum intus capellam beati Jacobi que est in dicto Castro Regio constructa, propter disceptationem et controversiam exortam et vertentem ratione et occasione dicte sepulture predicti cadaveris, inter honor. Sacristam et clerum ecclesie Sedis Majoricarum ex una parte, asserentes et pretendentes dictum corpus sive cadauer dicti nobilis Gubernatoris et ejus sepulturam pertinere et spectare ad dictam ecclesiam Sedis Majoricarum et ad cimiterium ipsius, et dictos Reverendum priorem et conventum dictorum fratrum predicatorum ex alia parte, etiam pretendentes et asserentes dictum cadaver ipsius nobilis Gubernatoris et ejus sepulturam ad ipsorum ecclesiam et illius cimiterium pertinere et fore sepeliendum; et asseratur pro parte venerabilis Nicholai de Proxida, fratris dicti quondam nobilis Olfo de Proxida Gubernatoris predicti, et nobilis Janerii de Perellos, nepotis sive nebot ejusdem nobilis Gubernatoris, quod sive dictum cadaver ipsius nobilis Gubernatoris sepeliatur in ecclesia vel cimiterio dicte Sedis, sive in ecclesia seu cimiterio dictarum fratrum predicatorum, habebit postmodum transferri et apportari in regnum Valencie et ibidem sepeliri et tumulari in loco

per ipsum nobitem Gubernatorem electo et designato. Propterea jam dicti Reuerendus Prior et fratres superius nominati conventuales predicti, per se et eorum succesoros et futuros in dicto conventu [dicti monasterii, in presentia notarii et testium subscriptorum ad hec specialiter vocatorum *et rogatorum*, gratis et scienter promisserunt ac se et ipsius conventum *et monasterium* obligarunt predictis venerabilibus Nicholai de Proxida et Janerio de Perellos ac venerabili Johanni Armadans legum doctori, assesori predicti quondam olim Gubernatoris, in manu et posse dicti et subscripti notarii nomine ipsorum et omnium aliorum quorum interest vel intererit ac interesse poterit in futurum legitime stipulantis et recipientis, quod casu quo dictum corpus sive cadaver dicti quondam nobilis Olfo de Proxida Gubernatoris predicti, fuerit sepultum seu inhumatum in ecclesia vel cimiterio dicti monasterii conventus dictorum fratrum predicatorum civitatis Majoricarum, ipsum cadaver sive corpus, nunc pro tunc et e converso, tenere in pura comanda et deposito pro ipsis venerabili Nicholao et nobili Janerio de Parellos ac venerabili Johanni Armadans et omnibus aliis quorum intersit seu possit interesse, ipsumque cadaver seu illius ossa quocienscumque requisiti fuerint, seu requisitus fuerit conventus eorumdem qui nunc est vel pro tempore fuerit, restituere, tradere et deliberare eisdem, casu quo illius sepultura in aliquo loco regni Valencie seu alibi transferre voluerint seu mutare. Et hoc omni dilatione et contradictione cessantibus et remotis, et sub refectione et restitutione ex pacto omnium dampnorum, missionum, interesse et expensarum premissarum occasione fiendarum et sustinendarum, super quibus credatur predictis et aliis quorum intersit solo plano et simplici verbo et absque testibus et juramento, nulloque alio probationum genere inde requisito. Et pro hiis sic attendendis servandis et complendis obligarunt monasterii et conventu. . . . Que fuerunt acta in civitate *Majoricarum*, die *mense* et anno prefixis, presentibus. . . . ac Jacobo Mathei coquinario. . . . ad hec pro testibus vocatis specialiter et rogatis.

Arx. de Protocols—Gab. Abeyar not.

E. AGUILÓ.